

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2877

**Auteur(s) :** Hugues de Montfort [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Hymer, Saint-Hymer-en-Auge, dépendance Le Bec (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1066-1067]

**Action juridique :** fondation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Fondation du prieuré de Saint-Ymer par Hugues de Montfort.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, n° I, p. 1-2.

## Dissertation critique

Datation proposée par Ch. Bréard. L'archiépiscopat de Maurille, 1055-1067.

Texte établi d'après a

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Summa cautela observatum est ab antiquis ea omnia litteris mandare quæ, ignorata, aliquem quandoque possent aliquando generare controversiam. Igitur ego Hugo de Monteforti, notum esse volo cunctis sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod idem beneficium quod Gislebertus tenuit de me quando erat eques, Beatæ Mariæ et sancto Ymerio contuli et Radulpho, abbati, concedo, et totam decimam omnium reddituum terræ meæ ac de cunctis sylvis meis decimam : hoc est de feris, de volatilibus, de venditione nemorum, de essartis, de melle, de pasnagio, atque de cunctis consuetudinibus sylvarum et de omnibus molendinis meis decimam, et de piscariis et de vivariis et de cunctis pecuniis et caseis ; nec non etiam quodcumque in eadem villa habuit Gislebertus, excepta medietate cujusdam molendini, et præterea medietatem vinæ meæ, atque tres rusticos, quandam partem de sylva sancti Ymerii. Et in Anglica terra adhuc do ecclesiam de Bradeburna et de Tiltentona et de Brige, cum terris et decimis ad eas pertinentibus et de pecuniis meis et de caseis de Anglia similiter decimam, et de piscibus Hee et unam domum apud Heam : pro abolitione delictorum meorum ac vitæ æternæ merito, et pro anima patris mei Hugonis et matris meæ et uxoris meæ et pro animabus fratrum meorum Radulphi ac Roberti atque filiorum, cum auctoritate domini nostri Willelmi, Northmannorum principis. Et si quis ab hodierna die in posterum insurrexerit modo quolibet, quod absit, calumniando, et Beatæ Mariæ atque prædicto sancto subripuere voluerit, cum Dathan et Abiron et Symone mago atque impiissimo Juda traditore procul dubio æternæ maledictioni subjaceat. Amen. Fiat. Fiat. — Ego Maurilius, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, cum episcopis meis hoc anathema confirmo.

Sigillum : Willelmi, principis Northmannorum ; Hugonis, episcopi Lexoviensis ; Hugonis de Monteforti ; Rogerii de Bello-Monte ; Hugonis de Grantemesnil ; Roberti Bertranni.